

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam  
post Pentecosten

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Feria 5. Solemnitas SS. Sacramenti, De Conversatione Domini,  
manifestata in SS. Sacramento. Quibus amarum est conversari cum  
Christo, delicias ejus convertunt in amaritudinem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44226**

*Eti. Aliquando res ipsa decipiunt homines & discunt: ecce possumus eam esse Christianus; nunc quid non et dolet caput, aut quia Christianus est quid habet plus a me? O vita arida, attendis juxta te uitam nudam in hyberno sed non aridam per abrasum vim. Et veniet Dominus honor noster qui labebat in radice, & tunc exaltabit cornu populi suis.*

*Itemque in hunc Psalmi trigesimi versum,*

*Abscedes eos in abscondito vultus tui, ESTO, inquit, domus eius, & erit domus tua; habitet in te, Psal. 30. & tu habitabis in eo, si eum excepturus in hoc jaculo, in corde tuo: ille post hoc seculum, excipiet te vultus suo.*

*Vide in 1. parte, die 14. Januarij.  
Nemo securè appetet, nisi qui libenter latet.*

## FERIA QVINTA. SOLEMNITAS SANCTISS. SACRAMENTI. DE CONVERSATIONE DOMINI MANIFESTATA IN SANCTISSIMO SACRAMENTO.

*Hic est Deus noster, & non estimabitur alius adversus eum. Hic adinveniet omnem viam disciplinae: post haec, in terres visus est, & cum hominibus conversatus est. Baruch. 3.*

*Dilicia mea esse cum filiis hominum. Prov. 8.*

### VERITAS PRACTICA

*Quibus amarum est conversari cum Christo, delicias eius convertunt in amaritudinem.*

*RATIO EST. Quodcum delicia Christi sunt conversari cum hominibus, delicias illas convertunt in amaritudinem, qui amaram Christo reddunt suam conversationem. Sed quibus amarum est cum Christo conversari, amaram Christo reddunt suam conversationem.*

*Ergo illi delicias Christi convertunt in amaritudinem; quod sane est & multis communis & multum excrabile.*

### I. PUNCTUM.

*D* E Christo Domino conversante inter homines dum vivet, tria possent fructuose cogitari. Primum quare facilius semper esset & accommodatus ad omnes excipiendo; idcirco f's campi dicitur non horrotum: & lumen convallium non monatum, quia liberius itur ab omnibus in campos

quam in hortos qui clausi sunt, & in convallis facilius descenditur quam in montes ascendantur. Secundum, quam suavis esset & jucunda conversatio de qua scilicet dictum erat: Non habet amaritudinem conversatio illius, nec tedium Sap. 8. servitus illius, sed letitiam & gaudium. Tertium denique, quam esset benefica, fructuosa & utilis; ut qui bene omnibus vellet & faceret, quantum in se erat, & omnes ad se idcirco invitaret: Venite ad me omnes qui laboratis & oneratis estis, & ego reficiam vos. Idque unum dolerat maximè si venire nollet: Et non vultus Iohann. 5. venire ad me ut vitam habeatis.

*Hæc autem tria quam facile apparent in sanctissimo Sacramento quis non videt? quid facilius ad admittum? quid familiarius ad congressum? quid suavius ad usum? quid ad fructum utilius? Ceterum Christus vivet, sic in uno se continebat loco ut non esset in alio? at modo quam in multis & diversis! Sic uni sepe se homini applicabat, ut non sic alii intendeter; at modo simul omnibus qui se volent. Sic invitabat ad se omnes, ut tamen Discipulos & Apostolos haberet conjunctiores: jam vero singuli facti (ut eius coniunctivales, convivæ & commensales. *In hac Domo, 30. off.**

*Cont. 2.*

**2 Cor. 6.** *est in ore tuo, & in corde tuo. Intra nos habitat in nobis manet & vivit. Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: & ipsi erunt mihi populus. NE.*

**Deut. 4.** *QUE enim est autem fuit aliquando tam grandis natio qua habeat Deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster. Hoc est divina Sapientia, que cum semper tum hodie, sicut aiebat Sapiens, Preoccupat qui se concupiscunt ut illius se prior ostendat. Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit, assidentem enim illam foribus suis invenerit, quoniam dignus se ipsa circuit querens. & in uis offendit se hilariter, & in omni providentia occurrit illis. Quid familiarius, & quid aptius ad solemnitatem hodiernam?*

**Sap. 6.**

*Denique sicut nulla vox est qua suam hanc facilitatem Sapientia potuerit expressius significare quam vox ista: Delicia seu quod voce designatur, delicia mea esse cum Filiis hominum. Sic nulla res est qua vocem illam verius impleverit, & certius notificaverit quam hoc divinissimo, Sacramento, quo se nobis communicat & nobiscum convertatur! Quamobrem advertant iij, quibus amarum est sic familiariter & frequenter cum Christo conversari, advertant quam sint Christi injuri, quam iniqui & offensi! Sic enim suaviores eius delicias convertunt in amaritudinem? Parumac tibi hoc viderit injuriosum & iniquum?*

*Quomodo autem per eos amarescant Christi deliciae, non potest melius declarari quam si dicatur amarum fieri Christo, quod cum hominibus conversetur. Nam si uas ipse in familiarium hominibus conversatione ponit delicias, profecto qui hanc eius conversationem reddet amara, amaras eius reddet etiam sicut amara mors dicitur, quod separando corpus ab anima, vitam tollat in qua erant eius deliciae. Siccine se parat amara mortis inquietus ille Rex moriturus: sic amarum sunt deliciae quando tollitur vel quando in amarum est conversatione, in qua deliciae ponebantur. Vnde qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum!*

**3 Reg. 25.**

**¶. 3.**

**ED** quibus amarum est cum Christo conversari, amaram Christo reddunt sed conversatione Non potest enim non esse amarum Christo, videre animos sicut a se alienos, ut durum sibi & amarum putent cum ipso conversari. Quid inventerunt in me iniquitatis? Quid molestiae? quid injustium? Popule manus quid fecisti; aut quid mo-

*lestus fui tibi: responde mihi. Durum forte putabunt & molestem, quod non possint cum eo conversari, quin negotii vel curis suis & cupiditatibus modum ponant. Esto sane, ponatur modus immodicus cupiditatibus, adeone vero hoc durum dici debet, ut proprie non sit cum Christo conversandum? Hoc est scilicet, hoc est quod non potest non illi esse amarum, cum videat animos eculo ad vocatos sic immodicis adductos cupiditatibus ut modum tenere nolint? Renuerunt accipere disciplinam. PEREAT Samaria, quoniam ad amaritudinem concitavit Deum suum.*

*Ier. 5.  
Osa 14.*

### III. PUNCTUM.

**Q**UIBUS ergo amarum est conversari cum Christo, delicias eius convertunt in amaritudinem; Quia conversationem illam in qua uas possunt delicias ita reddunt amaram, ut quantum possint deliciae, tanta fiat amaritudo. Ecce in pace, Ecce in deliciis meis amaritudo mea amarissima, *If. 38.*

**TRISTITIA** super tristitiam de quibus oportuerat me gaudere; Vel enim fingunt se non audere; vel audent fingere se non posse sic mecum conversari: & ex ueroque duplex est malum; unde tristitia duplicatur; cur enim non audent? quia scilicet sanctus ego sum; at vero propterea deberent ad me accedere, ut ex me sanctitatem haurirent. Cur autem dicunt se non posse? Quia videbile nimis implicati sunt suis cupiditatibus; ac nonne idecirco satius esset se illis expedire ut ad me confugiant, quam me refugere ne se illis expellant. *In felice amaritudine obligatio iniquitatis video te esse.* O timendum Christi vitum! sed o magis timenda cordis amaritudo, & obligatio iniquitatis!

*2 Cor. 2.*

*Expende quid sit obligatio iniquitatis; quam multi sic obligentur, quam sit verendum ne sis ex illis. Nempe illud est quod aiebat S. Augustinus, ligatus non ferro alieno, sed sua ferrea voluntate. Velle meum, inquit, tenebat inimicus. *L. 8. Conf.* inde mihi catenam fecerat, & constringerat me. *c. 5.* Quippe ex voluntate peruersa, facta est libido: dum servitur libidini, facta est consuetudo: dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas: quibus quasi ansulis quibusdam fibram innexis, unde catenam appellavi, tenebat me obstrictum aura servitus.*

*Sicut itaque constrictus & catena ligatus, ita retinetur, ut se ulterius mouere non possit, quam catena extendatur; sic constringuntur plures suis inordinatis affectibus, audentque dicere se non posse aliter facere, se non posse vacare pietate.*

**Jer. 2.**

**Mich. 6.**

pietati, se obligari mundo, familiæ vocationi, quæ non permittit talem cum Christo conversationem. Hæc est cœlum ordinaria mundi & mundanorum iniquitas, quando sua Christo præferunt, & hæc est obligatio iniquitatis, quando sic sua præferunt ut se ad id obligari singant, nec se inde posse expedire credant.

O quam sic læpe putas excusatum, cum inde magis acculeris! nam quod vocas impedimentum, mera est acedia, mera nausea: vel si mavis, ipsa est naturalis indoles plus æquo sui amans, quæ quidquid sensibus non attridet, velat damnum fingit suum: & cum propterea virtute stimulanda esset, suo nativo potius deseritur corpori ac de sidere: quod ne appareat vinum; yellæ, inquis, aliud possit Deum testor, per me non stat: sed talem secundum non patiuntur negotia, non permittit corporis valetudo, vetat officij ratio:

Hebr. 4.

*Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratia.*

Proponi hæc potest

## VERITAS PRACTICA.

Qui cum fiducia non adeunt ad gratiæ Christi thronum: & se à throni secludunt gratia, & Christum excludunt à throno gratia.

RATIO postrema pars, quæ sola difficultatem habet, hæc est, quod qui negant aut diminuunt facilitatem & beneficentiam Christi Domini conservantis nobiscum in sanctissimo Sacramento, Christum excludunt à throno gratia. Sed qui cum fiducia non adeunt ad gratiæ Christi thronum, illi negant aut diminuunt facilitatem & beneficentiam Christi Domini conservantis nobiscum in sanctissimo Sacramento. Ergo hinc evidenter appetit veritatem, & quam sit irreligiosum religio, quodam prætextu se à familitate Christi velle abstrahere.

I. PUNC T U M.

**P**RÆMITTI debet tanquam fundamen tum veritatis expendendæ, quod quadruplex dici potest Thronus Christi gratia. Primus est incarnationis de quo evidenter Apostolus ex Psalte Regio: *Thronus tuus Deus, in seculum facili, virga aequitatis, virga regni tui.* Sicut enim Rex statim factus est ac incarnatus, ita & in throno sedisse dicendus est. Secundus est glorificationis, cum Christus resurrexit vel ad cœlos ascensio in Parris sededit dextra, tunc in regnum venisse & proprium possidisse thronum frequenter memorat S Joannes in Apocalypsi: *Quis vicerit, dabo illi sedere meum in throno meo.* Tertius est justificationis, cum in

Psal. 44.  
Hebr. 1.

Apoc. 3.

sicque fraudulenter teipsum vel à pīs libellis, vel à statis meditandi horis, vel ab ipso frequenter communionis usu, vel ab aliis deinceps Christianæ pietatis exercitationibus abstrahis, quibus divina Christi conversatio colitur. Atque hæc est illa interior amaritudine, de qua severus Apostolus, *Nec quis inquit radix amaritudinis sursum germinans impeditas, & per illam inquies sur multi.*

Huic radici securim adhibe, Sonet vox ista in auribus: *Quia rapides es, & quæ inde plura sequuntur, non cessasti pectus pungere.* Apoc. 3. Quia vero etiam multi religiosum prætexuntur, & augustinorem quandam reverentiam, ac dum carent ne ista familiaritate de illo aliquid detrahant cultu, malunt minus esse familiarieres, ne sint minus religiosi, contra ex verbis Apostoli:

animajusti tanquam Rex in proprio throno sedet, ut ait Author libri de Imitatione Christi, & de quo potest illud Davidis intelligi, *paravit in iudicio thronum suum.* Quartus denique profusionis gratiæ in sanctissimo Sacramento, quem sic paucis expressit Sapientia, *Thronus meus in columnâ nubis, id est obvelatus, coemptus, obvobatus:* sic enim nobiscum conversatur Christus, sicut olim Deus in columnâ nubis cum Israëlitico populo.

Cur hic porro Thronus dicatur profusionis gratiæ, perpendetur aptius in ipsa proprieitate veritatis declaratione, quæ non est tanquam intelligenda de frequenti communionis usu, sed de quibusvis pietatis officijs, quibus devotione sanctissimi Sacramenti, & familitatis cum Christo conversatio colitur & exercetur.

Hoc est enim adire, cum fiducia ad hunc thronum gratiæ, crebro tempore frequentare, ubi salutaris adoretur hostia, frequentes illuc pectoris jaculati motus, quibus vel laudetur, vel ore tur, vel pio quovis alloquio nobiscum soveatur, ac de publicis simul privatisque rebus familiariter agitetur. Hoc est, inquam, adire confidenter, hoc est admonentem audire Apostolum, *Adeamus ergo cum fiducia, hoc est Christi nutritre delicias, hoc est gratas eius decerpere;* ut d'contra qui